



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprtrice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Pars III. De Dominio, & usu bonorum Clericalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

pretium restituat Ecclesiæ, privatur dominio illius.



P A R S III.

De Dominio, et usu bonorum Clericalium.

C A P U T I.

Assignantur tria genera bonorum Clericalium.

Bona Clericorum secularium triplicis sunt generis, Patrimonialia, quæ more laicorum acquiruntur hæreditate, arte, industria, donatione, &c. quasi Patrimonialia, quæ acquiruntur ministerio Clericali, non ut reditus beneficii, sed ut stipendium officii Clericalis v. g. sacrificando, concionando, canendo, confessiones excipiendo, Vicariam ad tempus administrando, quò etiam referuntur ea bona, quæ ab Episcopo vel Pontifice alicui assignantur ad honestam sustentationem. Quia ex-

Alia sunt Patrimonialia, quæ hæreditate, arte, &c. acquiruntur. Alia quasi Patrimonialia, quæ acquiruntur non ut reditus beneficii, sed ut stipendium ministerii Clericalis.

trahuntur ex redditibus alieni beneficii, & dantur illi, qui beneficium non habet. Unde non possunt censerī fructus beneficii, sed potius liberalitatis & gratiæ ob justam causam. *Vid. Less. lib. 2. c. 4. dub. 6.* Item probabiliter distributiones, quia non sunt fructus beneficii, sed stipendium præstitæ in choro præsentia. *Bon. de oblig. benefic. disp. 4. p. 2. n. 18. &c.* Denique merè Ecclesiastica, quæ ex prima institutione ad Ecclesiam pertinent, & ab illa dantur Clericis tanquam beneficium sive stipendium, propter spirituale ab eis præstitum officiū, ut sunt ea, quæ accipiuntur ratione Decanatus, Canoniciatus, aut titulo alterius beneficii.

Alia merè Ecclesiastica, quæ titulo beneficii acquiruntur.

C A P U T II.

Explicatur, quorum bonorum Clerici seculares dominium habeant.

Bonorum Patrimonialium & quasi Patrimonialium plenum de-

Penes Clericos seculares est verum dominium bonorum Patrimonialium, adeoque de illis, ut laici, disponere possunt. Quia per Clericatum non obligant, se ad Pa-

rimonialia in pios usus expēdenda, eadēmq; est ratio bonorum quasi Patrimonialium. Quia hæc dantur tanquam stipendium & merces operis præstiti: unde sicut alii ministri plenum dominium dati stipendii acquirunt, ita & Clerici. Bonorum merè Ecclesiasticorum quo ad illam partem, quæ necessaria ad congruam sustentationem, ita sunt Domini, ut de illis non secus ac de Patrimonialibus disponere possint. Quia hæc pars est justum illorum stipendium pro servitiis Ecclesiæ præstitis. Unde qui ex hac parte sibi aliquid detrahit parciùs vivendo, aut loco fructuum beneficii utendo Patrimonialibus, &c. potest de eo disponere tanquam de bonis secularibus. Sicut enim hos fructus sibi spontaneè subtractos liberè poterat convertere in proprium usum, ita parciùs vivendo, aut aliis bonis suis utendo poterit de illis ad libitum donando, vendendo, &c. disponere. *Vid. Nav. de re dit.*

q. 1. Sot. Less. Eccl. Ejus verò partis prædictorum bonorum, quæ non est necessaria congruæ sustentationi, sed superflua, ex sententia *Nav. lib. de re dit. Eccles.* tanquam tutiore, magis pia, salutis animæ multum

minium est penes Clericos seculares.

Item bonorum merè Ecclesiasticorum, quo ad illam partem, quæ necessaria est ad congruam sustentationē.

Non verò quoad illam partem, quæ ex bonis Ecclesiasticis superflua est.

Unde ex
sententia tu-
tore, magis
pia, & pra-
ctice consu-
lenda tenen-
tur ex sen-
tentia Navæ
& aliorum
ex iustitia
superfluos
fructus in
usus pios
expendere:
ita quidem,
ut contrariū
faciendo
non solum
peccent, sed
etiam ad re-
stitutionem
obligentur.

Subscribit
huic senten-
tiae aureis
verbis D.
Bernardus.

tum proficua, & in praxi Benefi-
ciatis consulenda, non sunt ita do-
mini, quin ex iustitia teneantur
superfluos fructus in usus pios,
hoc est, ad cultum divinum v. g.
templorum ornatum, &c. item in
opera misericordiae corporalis aut
spiritualis erga indigentes, paupe-
res, etiam defunctos, expendere,
adeo ut si illa in usus profanos ex-
pendant, non solum peccent gravi-
ter, sed etiam ad restitutionem te-
neantur. Quia praeter authorita-
tem plurium Theologorum, &
omnium poene Canonistarum,
multi Canones asserunt, partem
fructuum Ecclesiasticorum Cle-
rico superfluum, esse pauperum.
Adde, quod fideles sua bona non
contulerint in Ecclesiam, eo tan-
tum fine, ut soli Ecclesiastici illis
fruerentur, sed ut habentes necessa-
riam sustentationem reliqua in
pauperes, & alia pia opera confer-
rent. Audi D. Bern. Ep. ad Fulco-
nem: *Quidquid praeter necessarium
victum & simplicem vestitum de
altari retines, tuum non est, rapina
est, sacrilegium est. Habentes ergo vi-
ctum, & quibus regamur, his con-
senti simus. Quibus regamur, dicit,
non quibus lasciviamus, non qui-
bus*

bus superbiamus, non quibus mulierculis assimillemur, vel placeamus. Et iterum in declarat super *Evang.* Ecce nos reliquimus &c. de altari, cui servit Clericus, vivat, non luxurietur, non superbiat, non ditetur, nec ex Clericatu ditior fiat, non sibi de bonis Ecclesia ampla palatia fabricet, nec loculos colligat, nec in vanitate vel superfluitate dispergat, nec extollat de facultatibus Ecclesia consanguineos suos. Subintellige divites, nam cognatis pauperibus ex fructibus superfluis subvenire licet. Quamvis nec hos notabiliter supra statum suum extollere liceat, quin graviter peccetur. *Vid. Laym. l. 4. tr. 2. c. 3.* Interim contraria sententia docentium Clericos absolutè fieri dominos omnium fructuum, etiam superfluum, ita, ut licet pars superflua profanè ab eisdem expensa fuerit, ad restitutionem non obligentur; peccare tamen mortaliter, si illam in opera pia non expendant, videtur verior esse & probabilior, ita enim passim Doctores recentiores. Ratio est, quia Ecclesia decernit Beneficium ob neglectum officium divinum fructus non facere suos, prout videre est in *Contr. Lateran. sess. 9.*

Contraria sententia videtur esse verior & probabilior Clericos habere verum dominium omnium fructuum etiam superfluum, adeoq; etsi partem superflua non expendant in usus pios, quamvis sic

§. sta.

faciendo
peccent, nō
tamen obli-
gari ad re-
stitutionem.

Dantur be-
nificiatis
fructus su-
perflui cum
annexo o-
nere, non
iustitiæ, sed
charitatis,
ut, quod su-
perfluum
est, expen-
dant in usus
pios.

§. statuiimus, & Trid. sess. 24. c. 12.
satis apertè indicat, cum, qui offi-
cium præstat, fructuum domi-
nium acquirere. Nec constat ex
aliqua Ecclesiæ ordinatione Bene-
ficiatum ad restitutionem fructuū
malè expensorum obligari, cum
in nullo jure id clarè exprimat; &
& in dubio nemo spoliandus sit
jure, quod possidet *juxta reg juris.*
Interim peccari ab ipsis, si notabi-
lem quantitatem partis superfluae
in usus profanos expendant, patet
ex stricto Ecclesiæ præcepto, quod
insinuant variæ Canones, item
Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de reform.

Proinde quoties Beneficiatis fru-
ctus abundantes & superflui assi-
gnantur, id fit cum annexo onere,
non quidem iustitiæ, sed charita-
tis & misericordiæ, ut, quod su-
perest, in pium usum convertat. Et
hinc est, quod bona Ecclesiæ di-
cantur Patrimoniū Christi, res Dei,
bona pauperum, &c. utpote pau-
peribus quoad partem superfluum
ex Christiana charitate eroganda.
Non enim videntur ex probabili
sententia fideles, qui hæc bona in
Ecclesiam transtulerunt, sub ea
conditione donasse, ut Beneficiati
illa, quæ superflua erant honestè
susten-

sustentationi, ex justitia tenerentur dare pauperibus aut in alios pios usus convertere.

CAPUT III.

Beneficiarius an possit de bonis Ecclesiasticis sibi superfluis disponere aut testari.

EX jam dictis sequitur Beneficiarium peccare mortaliter, si de bonis superfluis disponat vel testetur ad causas profanas. Si enim peccet graviter disponendo de his tempore vitæ ad usum profanum, multò magis peccabit testando si ve testamentum condendo de illis. Adde, quod diversi Canones prohibeant Clericis, ne de fructibus superfluis testentur etiam ad causas pias, patet ex cap. *quia nos, cap. reolatum.* idque ideo, ne Ecclesiastici nimium studeant bonis temporalibus accumulandis, sed illa, dum vivunt, amore Christi promptius & liberalius in pios usus expendant. Ex consuetudine tamè multis locis recepta ad pias causas testari possunt. *Vid. Covarr. in cap. cum officiis.* Quia hæc consuetudo ex se non permittit,

peccat graviter, si de bonis superfluis disponat, aut testetur ad causam profanam. Imò varii Canones prohibent, ac de superfluis testetur ad causam piam.

Consuetudo tamen multis locis recepta non permittit,

ut testentur
ad causam
piam.

Quod si ali-
cubi con-
suetudo in-
valuerit te-
standi ad
causam pro-
fanam, te-
stamentum
& successio
probabili-
ter erit va-
lida.

Proinde
hæredes &
validè & li-
citè in bona
Clerici sibi
testamento
relicta suc-
cedent.

Caveant
Clerici, ne
cum peri-

non est mala, nec corrupta dici
meretur, quando disponitur ad
pias causas, adeoque per illam jus
positivum abrogari potuit. Ubi
consuetudo testandi ad causam
profanam invaluit, testamentum
& successio erit valida, contra
Nav. & alios plures. Quia cum
Beneficiatus verè sit dominus o-
mnium fructuum, cum eo tamen
onere, ut superflua in pios usus
convertat, validè dominium illo-
rum in quemcunque transfert, sive
donatione inter vivos, sive per te-
stamentum. Nec obstat, quòd Be-
nificiati peccent mortaliter sic di-
sponendo, nam inde rectè inferri
potest dispositionem esse illicitam,
at non invalidam. Proinde hære-
des non modò validè, verùm &
licitè succedunt, validè, quia acci-
piunt ab illo, qui validè testari po-
terat: licitè, quia hujusmodi
bona expendendi in usus pios erat
obligatio personalis solum testa-
torem concernens, quæ non transit
ad hæredes; adeoque solus testa-
tor ita disponendo peccat, & is,
qui ipsum ad similem dispositio-
nem induxit. Magna hinc me admi-
ratio tenet, quosdam Ecclesiasticos
adeo salutis suæ immemores, ut

MOX

MOX
tent
tis e
secr
tion.
Vid.
de,
cau
bus
tion
pro
fum
sed t
quit
cau
Pon
nefi
teste
rita,
con
Jeru

Qui

N
ea,
nefi

mox Christo Judici sistendi ea at- culo salutis
 tentare audeant, quæ certum salu- suæ in gra-
 tis exitium allatura sunt. *Quid ob-* tiam amico-
 secro , *quid dabit homo commuta-* rum aut eõ-
tionis pro anima sua? Marc. 8. cap. sanguineo-
Vid. Less. l. 2. c. 19. d. 4. &c. rum dicto
 de, quòd consuetudo testandi ad modo dis-
 causam profanam sacris Canoni- ponant.
 bus , primæ beneficiorum institu-
 tioni ac fundatorum voluntati
 prorsus sit contraria , adeoque à
 summo Pontifice non approbata;
 sed tolerata, quia facile aboleri ne-
 quit. Interim iusta quandoque *Potest Pon-*
 causa intervenire potest, ob quam *tifex ex ju-*
 Pontifex valeat permittere , ut Be- *sta causa*
 neficiatus ad causam non piam *permittere,*
 testetur, v. g. ad remuneranda me- *ut Benefi-*
 rita, quæ vel Beneficiatus, vel ipsius *ciatus teste-*
 consanguinei in Ecclesiam contu- *tur ad cau-*
 lerunt, &c. *Vid. Laym. l. 4. tr. 2. c. 3.* *piam.*

C A P U T IV.

*Quid nomine congrua sustentationis
intelligi debeat.*

Nomine congruæ sustentatio- *Assignantur*
 nis intelliguntur in primis *pertinentia*
 ea , quæ requiruntur ad ipsum Be- *ad congruam*
 neficiatum, ejusque familiam, con- *sustentatio-*
 gruen- *nem,*

dici
 ur ad
 m jus
 Ubi
 usam
 ntum
 contra
 cum
 us o-
 amen
 usus
 villo-
 t, sive
 er te-
 d Be-
 sic di-
 nferri
 itam,
 hære-
 am &
 acci-
 ri po-
 modi
 s erat
 testa-
 ransit
 testa-
 & is,
 sitio-
 admi-
 sticos
 s, ut
 mox

gruenter suo statui honestè alendam. Secundo, quæ spectant ad debitam hospitalitatem erga consanguineos, amicos, propinquos. Tertio quæ ad honestam, & statui competentem animi & corporis recreationem. Quarto quæ aut gratitudo exigit, aut statui congrua liberalitas permittit, ut sunt donationes pro acceptis ab aliis beneficiis, vel etiã interdum non remuneratoriæ, sed meræ liberales, non tamen prodigæ. Quæ omnia accipienda sunt cum proportione ad dignitatem personæ & officii: Item majora ipsius personæ merita in Ecclesiam, plus enim permittitur Episcopo, quàm Decano, plus huic, quàm simplici Canonico, &c. *Vid. Laym. l. c.*

CAPUT V.

Penes quos sit dominium bonorum immobilium Ecclesie.

Nemo in particulari est dominus bonorum immobilium Ecclesie, ut agrorum, villarum, &c. Item sacre suppellectilis, aut quorumcunque mobilium pretiosorum, quæ servando servari possunt, hoc est, quæ diu servata corrumpi non solent, ut sunt statuae aureæ, argenteæ,

rea, gemmæ, &c. Sed horum do-
minium est penes Capitulum five
Cætum Ecclesiasticorum cujusque
Ecclesiæ; cā tamen ratione limi-
tatum, ut primo penes summum
caput Ecclesiæ, sit horum bonorum
suprema administratio. Secundò, ut
si adsit necessitas, aut magna utili-
tas Ecclesiæ, valeat Pontifex ea ad
alios usus, imò ad alias Dioceses
transferre; hoc tamen citra justam
causam fieri nequit. Nam Pontifex
non habet dominium, sed, ut dixi,
solam administrationem. Tertiò ut
Capitulum five quicumque Cætus
Ecclesiasticus nequeat prædicta
bona alienare, vel pro arbitrio ex-
tinguere, idque partim ex decreto
Ecclesiæ, partim ex voluntate fun-
datorum, qui ea voluerunt esse in
perpetuum divino cultui dicata.
Porro nomine alienationis intel-
ligitur non solum venditio, per-
mutatio, donatio, aut alius qui-
cunque contractus, quo vel direc-
tum rei dominium, vel indirectum
five utile in alium transfertur, ut
fit in feudo, emphyteusi, elocatio-
ne, &c. Imò ob periculum futuri
aliquando alienationis, censetur
alienare, qui ejusmodi bona dat in
pignus aut hypothecam specialem.

Dominium
bonorum
immobi-
lium est pe-
nes Capitu-
lum, hoc ta-
men modo
limitatum.
ut 1. supre-
ma admini-
stratio horū
bonorum
sit penes
Pontificem.
2. ut acce-
dente ne-
cessitate aut
magnā Ec-
clesiæ utili-
tate possit
Pontifex ea
ad alios usus
transferre.
3. ut Capi-
tulum ne-
queat ea
bona alie-
nare, aut
pro arbitrio
extinguere.
Explicatur,
quid nomi-
ne alienati-
onis hic in-
telligatur.

non

non item generalem. Quia per generalem hypothecam, quâ omnia bona in hypothecam sive pignus dantur, non adest tam propinquum periculum alienandi, quàm per specialem.

C A P U T VI.

Assignantur necessario requisita, ut prædicta bona Ecclesia alienari possint.

Quatuor sunt causæ justæ, ob quas fieri potest alienatio.

Debet in ea exhiberi certa sollemnitas, & qualis.

UT alienatio prædictorum bonorum Ecclesiæ fiat licitè, & validè requiritur primò causa justa, quarum quatuor assignantur. Necessitas Ecclesiæ, ut si aliter Ecclesiæ debitis satisfieri nequeat: majore jusdè utilitas, ut si res alia Ecclesiæ utilior eo modo acquiratur. Pietas, si redimendi sunt innocentes captivi, vel pauperes in alia gravi necessitate sublevandi. Incommoditas, si res alienanda majorem incommoditatem, quàm commoditatem afferat. Secundò requiritur certa sollemnitas, quæ in his consistit, ut præcedat tractatus cum Capitulo, hoc est, detur examinandum Capitulo, utrum expediat rem alienari: adhuc ut accedat consensus Capituli, hoc est, major pars Capitularium

rium, qui tunc præsentés sunt, item
ut adsit consensus Prælati, cui Ec-
clesia subest, denique ut habeatur
consensus summi Pontificis, *juxta* Debet ad-
Extrav. Pauli II. Ambitiosa, idque esse con-
sub pœna excommunicationis, in mi Pontifi-
qua nomen alienationis in sensu
tam stricto accipitur, ut etiam lo-
cationem & conductionem ultra
triennium complectatur. *V. c. nullus*
de rebus Ecclesia alienand. & cit. Ex-
travag. Less. l. 2. c. 24. Sylvester tamē
verb. excommunic. Nav. & c. cen-
sent cit. Extrav. in multis locis nō
esse receptam quoad pœnas sive
censuras, & locationem ultra triē-
nium. Vi ejusdē *Extravag.* poterit
Prælatus rem aliquam ab antiquo
in feudum sive emphyteusim con-
cedi solitam sine alia solemnitate
sic deinceps concedere. Quia hæc
non est nova alienatio, sed potius
executio antiquæ ordinatio-

nis. V. Laym. l. 3. tit.

4. c. 10.

F I N I S.

H

Index